

HONOR ACADEMICVS

in exequis

Illustris ac Magnifici domini

D. GABRIELIS WOYNA M. L. D.

Vicecancellarii Capitanei Mercensis &c. &c.

exhibitus

ac

Mœstissimis è dulcissimi Parentis sui morte

Filijs

ILLVSTRIBVS DOMINIS

D. IOANNI CAPITANEO Opescen. &c. D. MICHA-

ELI Cap: Pienian. &c. D. STEPHANO

WOYNIS.

à

IOANNE CAROLO BIAŁOZOR Philosophiæ in

alma Academia Viln: S. I. Auditore

oblatus.

Vilnæ Apud Iosephum Karcan. 1615.

IN DIGMA GENTILITIVM MAG-
NIF. DOMINORVM WOY-
NARVM.



TRes Litui, Nodus, tria Flumina, Lilia mœrent,
Ut videre suum morte perire iubar.
Forſan & ipſa volunt tumulo ſe condere eodem?
Ut qui vitæ eſſent ſint comiteſq; necis.
Hi fata ô ſocij doleant tam triſtia! par eſt
Hos etiam domino ſolvere iuſta ſuo.

Ioannes Carolus Biaſozor.

XVII-1205-III

Ad Magnificos dominos, D. IOANNEM, DOMINVM MICHAЕLEM, DOMINVM STEPHANVM, WOYNAS.

GABRIEL VVOYNA, M. L. D. Vicecancellarius, Magnifici Domini, Parens vester, vir omnium virtutum ornamentis sp. stabilis, optimè de vniuersa Republica meritis, summis pariter ac infimis charus; Patria, ad cuius obsequia natus ille se credebat, condolente. Illustrissimo ac Reuerendissimo Domino D. BENEDICTO Episcopo Vlnense Fratre suo, quem ille vita sua chariorem habebat, ad lacrymante; vobis, quos singulari cura ad Dei gloriam, M. D. L. spem, familiae suae decus fomabar, orbitatem vestram complorantibus; omnibus deniq; bonis, quorum rationibus indefesso studio ille consulebat, ingemiscens, in viuis esse desijt. Qui eius inopportunos, longiore æuo dignissimus occasus, quamquam omnes, ad quos peruenit, marore non vulgari affecit, nullum tamen maiore dolore (credo) percussit, quam vos, qui ab hoc vno, secundum Deum, maximum accepistis beneficium, vt præclare Spiritu de Cælo duceretis. Est enim hæc nata, non scripta lex; quã non didicimus, sed à natura ipsa hausim, ad quam facti non instrati sumus, vt Parentum nostrorum, quibus vitam, quam ab eis traximus, debemus, morte vehementer commoueamur. Quamobrem desideret amissum in gemiscens Curia Senatorem, Lituania columnen, Rex Serenissimus hominero sibi charissimum, familia clarissima lumen, Patria filium, reliqui patronum; vos sanè eundem optimum Parentem, qui satis quidem gloriae, non satis adhuc naturæ vixerat, à vestro complexu fato acerbo abreptum frequentibus lacrymis (heu frustra) requireretis. Quo enim mudi vniuersitas transit, transit & ille. Hoc non effugit, etiam qui distulit. Interim tamen, si quid de dolore vestro demere possunt hæc metrica, variorum humanioribus in alma Academia nostra Vlnensi addictorum Iuuenum, erga felicis recordationis Patrem vestrum, & in vos animi argumenta, quæ illi, aliquid etiam ad pompam funebrem Favoris sui facere volentes, horis successiuis ab exercitationibus suis Scholasticis, concinnarunt, & ad tumulum eius cohonestandum culto penicillo adumbrata exposuerunt, per me, vt è clarissima familia vestra ortum, ita nominis vestri studiosissimum meis adlecta, & vobis oblata beneuolis oculis relegite. Valete feliciter, & quod facitis, paterna gesta ac merita memoriã intuentes; ad Dei C. M. honorem, Reipublicæ emolumentum, generis vestri celeberrimi ornamentum semper attendite.

IOANNES CAROLVS BIAŁOZOR;

In stemma auitum.

ad

Illustrissimum & Reuerendissimum Dominum
D. BENEDICTVM WOYNAM EPISCOPŪ Vilnen:

FRaternum quando Præsul celeberrime funus
Mœstus obis, tecum patria Signa dolent,
Buccina raucescit, marcescunt Lilia, rarus
Denfatur Nodus, Flumina viua rigent,
Cerue serenato vultu Genus (eia) superstes,
Pristinus vt repetat Symbola auita Vigor.

CONSOLATIO.

Mortuus in Lithauo Vicecancellarius orbe:
Heu quàm flet magnum Patria magna Virum!
Antistes Fratrem queritur BENEDICTVS ademptum,
Extinctum plorat Stirps generosa Patrem,
Præsul honore grauem gemitu depone dolorem,
Nec Nati lacrymis ora rigate pijs.
Pulchra hæc mœrentem subeant Solatia mentem;
Quod toti Patriæ flebilis ille cadat.

IDEM



ELEGVS ELOGICVS.

ERgone latificas Iani mœrare Calendas
 Ausa nouiq; Anni Mors temerare caput?
Ergo dies niueo fulgescere sueta Cylindro
 Vertice iustificum Theta nigrante gerit?
Ergo saluticâ faustiç precaminis horâ
 Lux Lituatorum clara saluq; fugit?
Præfulis ergo fores dignas Farnasside Lauro,
 Aut bene olente cedro, mœsta Cupressus habet?
Ergo Sacrosanciam BENEDICTI Præfulis aulam
 Funere fraterno Parca profanat atrox?
In vim Diuinam (GAI RIEL ita tinnit Hebræis)
 In bellum (WOYNAM) trux Libitina furit?
Ianus ad hoc frontem iam flectat vtramq; retrorsum,
 An us & inuersas ducat abinde vices.
Arcetophylax repeat, Norio geiet axe Canopus,
 Eurus ab occasu, Lybs oriente ruat.
Vnde in semideos ea tanta licentia Clothês,
 Quenq; vt pro libitu sub sua iura vocet?
Scilicet omniregi Regis Mors iussa capessit,
 Sistet vt hæc animam Iudicis ante thronum:
Stat sua cuiq; dies. Vt quisq; citabitur, ibit:
 Numinis arbitrio vita stat atq; cadit.
Heu cadis ante diem GAI RIEL vir ô inclyte WOYNÂ,
 Sarmatia hunc casum Relligioçq; gemit.
Villia tam tristis nec opini conscia casûs,
 Vnde flect, latices retrahit vda saos.
AEgocerota premens iam rarô ridet Apollo,
 Cuius vt assiduis fletibus humet humus.
Mirere Apollineæ lumen columenq; Phalangis
 Extinctum, GABRIEL WOYNÂ gemende, iaces.
Villiades meritô lacrymarum flumina fundunt,
 In lacrymas glacies it resoluta pias.
Pontificisq; dolore dolent, quem frater humandus
 Procreat, è quinis qui super vnus erat
Quatuor & Natos Patre commiserantur adem pro,
 Quinq; simul Natas, diuiduamq; thorum.
Carminibus dignum funus decorare laborant:
 Carmina digna vetant hunc stupor, inde dolor.

Dies obi
sus.

Locus.

Libetj.

Pro

- Pro se' crescentes, quos fert Academia, vates,
 In quibus extincti maesta propago, ciet.
- Vilnen: In calamos threnosq; cients. Academiae Alumnus
 Acad: o: Nempe olim GABRIEL fautor & inde fuit.
 lim stu: Triste ministerium peragens Academica pubes
 diosus. Certat fautorem concelebrare suum.
- Teur in Heroas, propero sed Apolline, laudes.
 In validos aufus in pia facta viri.
- Vetuit Funebrem pompam moriens licet ille vetasset,
 pompam Hoc tamen in vetitum nititur illa manus.
 funebrē. Ornat & exequias, prout cuiq; est vena, monaulis.
 Virtutem sequitur si fugiatur Honos.
- Cenota: In medio ceno stat taphium, resolubile pegma.
 phium. Pegma quadrum decorat pyramidatus apex.
 Summa STANISLAI Diui Cathedralis & ædes,
 Has probat exequias, condit & ossa viri.
 Pullatus Paries genus omne Poematos, atris
 Quod graphice foliis ars inarauit, habet.
 Immortale viri decus hic Emblemata clarant,
 Hic vbi Apollineo certat Apellis opus.
- Principes Pars genus antiquum, genus insuperabile bello,
 gñris ZAHOMILINSCIADAS tollit in astra Duces.
 cur woy Addit &, à bello WOYNÆ cognomen adeptos,
 nã dicti. Militia claros tot GABRIELIS auos.
 Martis onus Patrem STEPHANO cum Rege subisse,
 Qui Castellanus MCISLAVIENSIS erat.
- Militia Hunc Primas obiisse vices, vbi Moschus ad Vlam,
 patris. Haud sine terribili clade, profusus erat.
 Direxisse acies, acuisse & in arma valentes
 Munus & Hectorei sustinuisse ducis.
- Militia Fortia Magnanimi Natum Patris ausa secutum
 G. W. Prælia victrici conseruisse manu.
 Seu Dantis anos, seu Moschos Rex BATHOR armis
 Conaudis, hunc solitum Regia signa sequi.
 Pars varum canit huic rigida pro Palladis hastâ
 Pro clypeo calammum Sphragin & esse datam.
- Notarius Nempe fides probitasq; viri bene cognita Regi
 M. D. L. Hoc insigne dedit conspicuumq; decus.
 Deniq; maclatum PROCANCELLARII honore.
 Procans: Augmen uti virtus sic capit augmen Honos.
 cellari⁹. Munere in hoc qua se virtute probauerat, edunt.
 Non hac Sobna, Saphan, non Siba laude fuit.

Virtutes alij memorant quibus ille nitebar.
 Quam fuerit Fidei Iustitiarū tenax.
 Vicit Aristiden vir seruatissimus æqui.
 Hoc minor Emathion, Biblus atq; Bias,
 Arbitr vt sedit causæue diremptor iniquæ,
 Non se corrumpti munere passus hic est.
 Aurum obrudentes sibi met retinere iubebat:
 In proprios vsus auxiliūq; via.
 Absq; morā causam decidit is arbiter æquam.
 Si qua periclorum plena, sequester erat.
 Propositi fuit ille tenax, à tramite recti
 Flectere eum nequeunt, palpo, susurro, planus,
 Candor in hoc mirus, facileq; in pectore n.ores,
 Blanda affabilitas, comis in ore lepos.
 Maiestas oculis vultuq; reluxit in omni;
 Gratia & hinc placidis conciliata modis.
 Gratia spectantium solita irritare faucem,
 Non secus Androdamas fulua metalla trahit.
 Nullus huic fastus, n.entis nota nulla superba,
 At submissi animi plurima signa dedit.
 A minimo exhibitis respondit honoribus vltro,
 In famulos nunquam durus, & asper erat.
 Mite cor huic erat ac oleo tranquillius ipso;
 Et motus animi composuisse potens.
 Publica priuatis prahabens bona, iponte suorum
 Iacturam Patriæ ac Regis amore tulit.
 Ego Polenorum Regi Suecunūq; potenti
 SIGSMVND0 charos vnus hic inter erat.
 Missus hic ad Moschos comitatu insignis & ausis
 Hostica conspectu terruit arua suo:
 Atq; bis vndenos pacem fanciuit in annos,
 Et Regi & Regno quæ placere tulit.
 Lectus hic vnus erat qui Rege absente præflet,
 Reginali Aula, rem regeretq; domi.
 Ex quod vtranq; fide sibi iussum munus obiuit.
 Regis honos cordi publica resq; fuit.
 Regina mentem, GABRIEL hic sape subibit
 De se qua fuerat sollicitudo viri.
 Quam vigil, & curax, & sedulus adstitit aula:
 Quas obit, iuncto Præsule fratre, vices.

Iustitiæ
 tenax.

Incorruptus
 arbiter.

Pacificator.

Constans.
 Cædicus.

Affabilis
 Vultu placido &
 graui.
 Nō fastuosius,
 Mitis.

Reipubl.
 amans.
 S. Regi
 charus.
 Legatus
 ad Moschos.
 Moderator
 aulae
 Reginae.
 lis.

Dene Superi requiem; GABRIELI, dicit, humato,
 Præful & ipse diu WOYNA superstes agat.
 Nec minus & Regem GABRIELIS funera tangent,
 Atq; VLADISLAVM Rege potente satum.
 Larga recursabunt conuiuia sumpta Mereci
 Cum Regina illac Rex vt habebat iter.
 Non Pholus Alsiden non hoc splendore molorchus,
 Quondam habuit, non hoc Rex Bromjumq; Mydas,
 Maestate puri VERKENSI in. Præfulis aula.
 (Mille hæc à Vilna passibus vrbe iacet,)
 Cum consorte throni, cum bino Principe Nato,
 Papæ & Legato Rex epulatus erat.
 Argumentum ingenis animi Regis in ambos
 Fratres WOYNIADAS woyniadumq; domum.
 Principibus placuit GABRIEL; magis attamen ipsi
 Auctori rerum principioq; DEO.
 Quotidie ergo Sacram, qua fas, celebrauit is ædem,
 Vota DEO fundens, Mysta operante Sacris.
 Si quando languore domi morbove retentus,
 Ad Sacrum, Mysten acciit ille suum
 Pensa precum Diux solitus persoluere Matri.
 Quotidie sacrum dum terit officium.
 Quo studio Christi Numen quibus artibus arsit,
 Supremus docuit funeris ipse dies.
 In cruce pendentis complexus hic icona CHRISTI,
 Huic se commendans, basia mille dediq;
 Iam non effigiem Soteris, at ora tuetur,
 Ora beatificis irradiata bonis.
 Liberorū Ad pia quæq; suam sobolem formare solebat.
 & fami- Cum sobole & famulos certus habere probos.
 liq; adpro Nulli fas eius nisi casto insistere limen:
 bitatem Explorator ad hanc rem quoq; certus erat.
 incēfor. Hæresin exosus Fidei venerator auitæ,
 Consciis hanc vnã posse beare fidem.
 Liberalis Portus hic afflictis & egenibus anchora præsens,
 Miseri- Amisere iuopes in GABRIELE Patrem
 cors. Condidit hic tum alibi tum templum illustre Mereci,
 Templo Ingens in Superos Religionis opus
 rum Cœnobicum promouit opus, sacrosq; penates
 conditor Diui Guzmanide quos sacer ordo colit.
 Liberos Virgineo claustro addixit duo pignora Natas,
 3. Deco Primigenam Elisaben, Vrula tēq; minor,
 mæcipat.

Primi-

Primigenumq; STANISLAVM deuouit is vltro
 Militiæ, Patris ô laus ea rara! Sacra.
 Militiæ sacra cui tessera nomen IESV,
 Quæ mouet Heresibus fortiter arma nouis.
 Iamq; scit is quid sit sobolem sacras! Satori:
 Nempe preces ab iis atq; leuamen habet.
 Præcipue à Nato qui sæpe parentat ad aram,
 Mystica dona ferens, propitiansq; DEVM.
 Pane merocq; litans sacro, quo corpus IESV,
 Quo Cruor Augustus cum Deitate later.
 Credo equidem lacrymis sacra lintea tingit obortis,
 Pro patre, ingenito dum litat ille PATRI.
 Sunt argumento reliqui, tria pignora, Nati
 Quorum ope soluuntur debita iusta Patri.
 Proximius feretrum pullata in veste sequuntur.
 Lamentis implent hi lacrymisq; vias.
 IOANNES Natu maior, qui ius dat OPESCO
 Ut caput & Præles, multa flet atq; gemit.
 Comploras MICHAEL bone Secretarie Regis,
 O PIENANINI gloria prima soli.
 Hos minimus STEPHANVS qui vix tria lustra peregit,
 Quæstibus exsuperat lacrymulisq; suis.
 Ergo, ait, in factis erat, ô suauissime rerum,
 Ut mihi adhuc tenero surripere, Pater e'
 Pro Patre surrepto mihi Patruus atq; Patronus
 Est super; hic rebus portus & aura meis.
 Hic vice Patris erit. Superi seruate valentem,
 Oro, diu. stante hoc sospite, stabo nepos.
 Hic luget Fratrem, Patrumq; ABRAHAMVS adeptum
 WOYNA, Methonesis clarus honore pedi.
 Hic est officio functurus & ille salubri,
 Quo Patri superæ concilientur opes.
 Mortis vterq; memor CHRISTI partaq; salutis,
 Melchisedechæo dum sacra more feret.
 Dius vt hinc sanguis lustrales mitiget ignes,
 Qui soliti manes emaculare pios.
 Sacro habito, feretrum ter lustraturus acerra,
 Terq; rigaturus rore Hierarcha sacro.
 AEternum saluere iubens, me addente, (volentem
 Hic efferre iubet vox lacrymosa) VALE.
 Semirutâ pompam speculatur Orcas ab arce,
 Arce sita in Tauri proximioire iugo.

Filiis
 dignitati
 bus præ
 diu.

Ingemit Heroem tantum quem nosset, humari
 Aegimij dignum vincere Iustra senis.
 Pontificesq; duos, Fratremq; piisque nepotes,
 Et Natos tanti flet miserata viri.
 Optat, iis superi producant longius ævum,
 Rem Patriæ, cultum promouentibus DEI.
 Heu quantum, inquit, in hoc decus, ô Lituania, perdis!
 Publica res quantum Religioq; iubar.
 Gens Videmundjade Lituone à Principe ducta,
 Fle iubar extinctum, fle patriæq; patrem.
 Lith. ge. Sic ait, & celsum Gothico de marmore Cippum,
 nearcha. Quem cuncti stupeant, officiosa locat.
 Insculptisq; viri meritas cum nomine laudes,
 A ferâ meritas posteritate legi.

Idem.

PATRIÆ NATVS, MORTVVS SIBI.

CVM faciem in GABRIELE suam Pandora videret,
 Æternum patriæ vouit id esse decus,
 Arridet voto Respublica, & ora stupefcens.
 In puero Idalus æmula liliolis.
 Flos moriture, inquit, vel nullam viuere vitam
 Debueras, vel non pollice abinde meti.
 Quando Heliconâ videt Musas, aperisse clientii
 Fido, ait. Ingenij vis ô & hæc moritur ?
 Cum pietas cœli indigetem sponderet adulta
 Mallem ait, orbi esset perpes, & hæc moritur ?
 Deniq; cum senior summi pars magna Senatus
 Re patriam iuuat & consilio. heu moritur !
 Fama Apenninas cita cum præteruolat Alpes.
 Lithuani columen grande ruisse poli,
 Et formæ decus, & dulcem pietatis amorem,
 Virtutemq; vno procubuisse die.

Tunc

Tunc mistis lachrymis patria amplexata clientem,
Vixisti mihi, ait, viue deinde tibi.

Idem.

EMBLEMA

STANISLAI SWIECH:

Mors eques super tumbam tubis woyniacis insignitam lituo suo clangens.

IN OMNEM TERRAM EXIIT SONVS.

Illa triplex quare gestorum Magne tuorum
Sedula cantatrix Buccina Woyna tacet:
Parcarum Regina suo lituo ecce nefando
In certamen atrox te truculenta ciet.
Eheu exanimis, crudelem quando sonorem
Terrificæ Clothus combibis aure, cadis.
Immanis Lachesis diro pede proruit, eheu,
Victrices ipsum Teq̄, tuasq̄ Tubas.
Terrigenæ patulos procul hinc auertite vultus.
E sonitu litui Mortis it atra lues.

ALIVD

MATHIÆ KOMLEVICZ.

In libro viri grandæui scribentis vltima littera Mors.

MORS VLTIMA LINEA.

Litalidum magnis Vicecancellarius oris
E celebri GABRIEL stemmate Woyna datus.
Huic claræ licuit patriæ disquirere causas,
Imprimere & fidâ Magna sigilla manu.
Post tractata ducum Regumq̄ negotia, rerum
Nomina multa amplis post inarata notis,

Plurima quem tandem despectat littera finem ?
Grandia quis demum terminat acta labor ?
Iam scio: Mors cunctis est vltima linea scriptis.
Hanc sibi qui scribi non sinet, æquis erit ?

ALIVD

MELCHIORIS SIESICKI.

Mors merces mortiferas, vt poculum habens in ore humanā caluariam &c. vendit.

PARAVIT VASA MORTIS.

Quid video ? quas tristis opes mors explicat ? ecce
Mercibus in variis plurima Parca sedet !
Virus poela vomunt, pestem toga, lanxq; ministrat,
Hinc ensis rubuit lethifer, indefebri
O quot sunt fati species ! quā discolor ordo !
Ad tumulum variā quā datur ire viā !
Diuitiis, populisq; potens Lithuania, dic quo
Elatu tuus est funere WOYNA tibi ?
Quando debuerat dulcem captare quietem,
Pro patria curis fessus, ô occubuit.
O spes fallaces, mendacia gaudia vitæ,
Certior in vobis mors inopina latet.

ALIVD

IOANNIS RVKIEWICZ:

Pompa funebris seu cenotaphium magnificum.

PAR INGRESSVI EXITVS.

QVam tumulus vario confurgit lemmate cultus,
Condita vbi Litauum lausq; decusq; iacet !

Scilicet

Scilicet hanc voluit pompam sibi Morta parari,
 Hocq̄ suum Woynam iussit honore coli.
 Anni quando noui referabat limina Ianus,
 Hic Vlnâ ad superas iussus abire plagas.
 Illustrem Lucina illi concesserat ortum,
 Occasum celebri Mors & in Vrbe dedit.
 O quantum hîc decus est; quantas Fama explicat alas!
 Si Lucina illi, si fera Parca fauent;
 Omnia constantem celebrant Virtutis alumnum:
 Nam Virtus terris imperat & superis

ALIVD

CHRISTOPHORI VZ OSZIEK.

Homini supra mortuum meditabundo de morte sua, ex arbore serpens dicit
 nequaquam, coruus cras, columba nunc; (scilicet morieris.

MORS CERTA HORA INCERTA

Quisquis es hoc hodie perculsus funere, tantum
 In tumulo lumen quando latere vides.
 Dum spectas cineres resoluta corpore, mentem
 Abripiuntq̄ tibi fata suprema tuam,
 Te caue ne veteris colubri mendacia fallant,
 Affore postremum pernegat ille diem.
 Mentitur quoq̄ Cras crocicans phlegethontius ales,
 At nunc nunc verum sola columba gemit.
 Eia age ne differ melioris tempora vitæ,
 Rectè viue hodie, fors moriere hodie.

ALIVD

IOANNIS DAVBOR,

Mors eques disiecta casa portam arcis effringit.

AEQVO

ÆQVO PVLSAT PEDE.

Heu columen Litau præcellsum concidit orbis,
 Delicium Regis Clare Polone tui.
 Non a tropo docti flexit prudentia Woynæ,
 Curia Lechiadûm quam venerata fuit.
 Non soboles generosa, genus vel nobile, mœrens
 Patria, cui curis profuit ipse suis.
 Non artes Pacis, Martisq; scientia, Regum
 Perq; peregrinas iussa peracta plagas.
 Scilicet aure oculisq; caret Proserpina, nullus
 Sensus ei, & toto corpore corpus abest.
 Æqua lege tenet cunctos, par Cræsus & Irus,
 Pulsaturq; pari caula vel aula pede.

ALIVD

DANIELIS HOLSTEIN.

Mors leoni insidens variis necis instrumentis homines premit.

QVIS SVBSISTET?

WOynarum cecidit GABRIEL fortissimus Heros,
 Hostibus intrepidus bella mouere suis.
 Quam Moscus Succusq; ferox exhorruit olim
 dextram, succubuit mors inimica tibi;
 discito præualido nequidquam robore frete
 Maioris dominæ sub iuga colla dare.
 Præceps ipsa truci vehitur contra ecce leone,
 Primos insultus discute, si potis es.

ALIVD STANISLAI WERECKI.

Rota vitæ insidentes puerum, virum, senem mors detribat.

NEC ÆTATI NEC COLORI.

A Spice vitalem conuertat vt Atropos orbem,
Heu dices fertur præpete vita rota!
Ad senium paruo quam tramite florida currit
Ætas, & cursu deperit ipsa suo!
Hoc tamen est longum, spatium breue, si cui cessit,
Ad raros etenim tarda senectia venit.
Vt plures pomis cedunt ex arbore flores,
Sic plures iuuenes in cita fata ruunt.
Non dabitur multis, quod non tibi Woyna negatum,
Woyna hîc æternos viuere digne dies.
Occidis o meritis plenus, maturus & annis,
Tanquam diuitiis pomus onusta suis.

ALIVD ALEXANDRI SVLATICKI.

Mors coronata in Paradyso.

REGNAVIT MORS AB ADAM.

Tot nemus haud fluitat foliis, tot littus arenis,
Quot telis animæ succubuere necis.
Incipit Elysios hæc dum regnare per hortos,
Illius imperium funera densa iuuant.
Quotidie crescit numerus, traduntur in horas
Nunquam vitando millia multa iugo.

Post

Post raptas Woynæ Gabrieli luminis auras,
O quot sunt vitæ qui posuere modum!
Næ Clotho cuncti regina est vnica mundi:
Quælibet hanc humili vertice regna colunt.

ALIVD. CHRISTOPHORI SIESICKI.

Mors Stemmata woynæ defuncti confringit.

FATVM INEVITABILE.

INclita cur vili Gabrielis stemmata Woynæ
Mors pede contemeras, falce feraq̄ feris?
A patria quondam procul hæc arcere quæta
Sueuerat hostiles buccina terna lupos.
Facundo fluuius procedere visus ab ore
Triplex, eloquium curia quando stupet.
Lilia sunt recti vernantia pignus odoris
Sparsi per populos, Littraue, Leche, tuos.
Et nodus bene compositæ dat symbola mentis.
Heu cuncta hæc mortem nil remorata truem!
Huic decus at liceat virtutis frangere, virtus
Ipsa sed est nullo disperitura die.

ALIVD STANISLAI RARAK.

Tarquinius summa papauera detruncat.

MELIOR QUI NON ODIT.

Hostes Tarquinius cum vellet perdere summos,
Legato nati talia signa dedit:

Hortos

Hortos ingressus suprema papauera fregit,
Procedens tacito per loca culta pede.

En atropos litauum maiora columnina strauit,
Forſitan hæc hoſtes credidit eſſe ſuos ?

Chodkiewiciadæ, wolowicz, reliquiſq; dynaſtis
Addidit & Fratrem Præſul honore tuum.

At non ille feros animos in fata gerebat,
Dum uult pro patriæ sæpe ſalute mori.

Dum cœlis inhiat, dum diuis erigit ædes.
Non fuit illi morſhoſtis, amica fuit.

A L I V D

SIMONIS IAROSŁAWSKI.

Statua mortui in conuiuio Ægyptiorum circumferetur.

MOX SIMILIS FUTVRVS.

MOs fuerat quondam Pharijs Heroibus, inter
Menſæ delicias, oppiparaſq; dapes,

Fictile conuiuus humanum offerre cadauer,
Perq; idoligerum talia uerba dare :

Inter feſtiuas epulas meminiffe iuuabit

Quemlibet huic ſtatue non fore diſſimilent.

An non nunc eadem fiunt ſpectacula, uoynam

Exanguem coram dum Gedimine uides ?

○ utinam cunctis celebris Lithuania terris,

Natus quiſq; tuus cernat id, & ſapiat.

A L I V D

ADAMI STANKIEWICZ.

Leo ſupra tumbam.

FORTIS FORTIOR FORTI.

Hic ubi lethiferos, complexa eſt tumba, dolores
Surrigit infelix ardua colla leo.

D

knos

Inuictumq; re fert animum, fera bella minatur,
Nec timet infestæ liuida tela necis.
Mors fera ne clames, iaceat quòd woyna peremptus,
Fortis adhuc animus uiuit, & arma quatit.
Est facile in corpus sæuire ligone caducum,
Ast animum fortem sternere, difficile est.
Hic est ergo leo, viden hic vt prælia spirat?
Heu fuge, ne attentes, mors erit ipse tibi.

ALIVD

PETRI SVLATICI.

Conscientia supra tumbam.

BEATI, QVI IN DOMING MORIVNTVR.

Cvm recolis nigros in tristi hoc funere cultus,
Cernis & illustris corpus & ossa viri,
Non te perturbet feretrum fatale: quiescant
Diuitia terre hic, deliciaq; Dei.
Cormundum, superat regna & Diadema Regum;
Carius hoc mundo est: nobiliusq; solo.
Iam bene woyna potes securos carpere somnos,
Nulla fames, labes, incita nulla premet.
Cui parent stella, cui seruit & orbis & æther,
Cui Deus est clemens, cor tibi virginicum est.

ALIVD

CONSTANTINI SNARSKI.

Mensa cum cibus supra tumbam.

ET IVSTI EPVLENTVR ET EXVLTENT.

Magnificum celebri decoratur funus honore
Lautas hinc epulas, Regia sercla vides:
Longas woyna vias peregrinus, & æra scindet,
Talibus hinc refici se decet ergo cibus,

Excipit

Excipit hunc pietas, epulas dilectio portat,
Spes rogat,, & donis ornat amica Fides:
Et tamen in tacito filet alte tumba sepulchro,
Fors pauido tantæ displicuère dapes?
Æterni obdormit sopitus amore Tonantis,
Hem ne turbetur tanta, cauete, quies.

A L I V D MICHAELIS ZALESKI.

Manipulus supra tumbam.

PORTANTES MANIPVLOS SVOS.

Agricola in celebri posuit se forte sepulchro,
In quo tam pinguis Regna manipulus habet.
woyna puto iac: i hic, genere & virtute coruscus,
Ac ideo exultis se quoq; vestit agris.
Illustr's meritis, uirtutibus exit onustus,
Ut colat æterni iugera sacra soli,
Prudens Agricola hic. Lacrymas ne fundite Nati,
O quantas vobis, & sibi struxit opes,
Quare quis lityonis maculet tam nobile fatum,
Quod decus est terris, quod decus est Superis.

A L I V D IOANNIS KLECZKOWSKI.

Lilia, Rosa, Abrotonum in tumba.

ET REFLORVIT CARO MEA.

QVam cernis tumbam, woyna intrat primus in illam,
Et suaui decorat funera dira thymo.
Floribus impleuit ramos, oneravit odore,
O quantum in tumba hac ver latet atq; decus.
Diua stupet Zephyritis opus, stupet arboris ortum,
Quo Phœbo incaluit, quo fluuio immaduit!

Quid bona Chlori stupes, amor hic in pectore feruet,
Irrigat humidulis orba propago genis.
Ne roseos flores, ne lilia spargite Musæ,
Clarior ipse suo est vere, decore suo.

A L I V D IOANNES PODWIPIĘTĄ.

Angelus cum Corona supra tumbam.

DILEXISTI IVSTITIAM, ET ODISTI INIQUITATEM.

ANgele funestum hoc custodis forte sepulchrum,
Non iacet hic Christus, sed nec Hebraus adest.

Iustitiæ proles fato hic occumbit iniquo.

Ergo iustitiæ premia digna feret?

Emeritus Miles generoso in Marte peremptus,

Iure sibi tantum gaudet inesse decus.

O quam felici decorantur tempora sereno,

Tempora crudeli dilacerata nece.

Quid facis hic Erato? flet mortem, aut prælia cantas?

Dignus deserui, dignus & ille cani.

A L I V D SAMVELIS TOWIANSKI.

Sol supra tumbam.

LVX PERPETVA LVCEBIT SANCTIS TVIS.

TRistem tolle facem, nihil hîc funalia vobis,

Non paruo hoc tantus lumine Phœbus eget.

Iustitia hic splendet, radios clementia fundit,

Hic Diuinus amor, Religioq; nitet.

Quàm procul hinc stygij fugiunt vespertiliones,

Nec noua virtutum lumina ferre queunt.

Cur gelida expectas serum Lithuania solem,

En media Titan magnus in vrbe latet.

Huius si mores, si vitam imitaberis : Æstas
hic tibi virtutum, & religionis erit.

ALIVD

PAVLI LEWICKI.

Filius ad tumbam flectit, & Deum Patrem, animam parentis gestantem aspicit.

ANIMAE IVSTORVM IN MANV DEI SVNT.

Inter fidereos, posuisti limina, Montes,

Imo ipsum quæris, post fera fata, Deum.

Altè ascenderunt animæ vota : haud erit illis

Aut dolor aut mæror, nec malus hostis erit.

Illic iam dormis, illic secura quiescis,

Illic deliciis affluis ac opibus.

Mi Pater inuideo tibi tam felicia regna,

Ne magis inuideam, me quoq; iunge tibi.

ALIVD

BARTHOLOMÆI OLESZKIEWICZ.

In tumba patina animam supplicem continens.

NOVI ANNI, NOVA STRENA.

W Oyna, breues numerans, patriæ decus, occidis annos,

Te dolet heu mœstis Patria culta genis,

Cum Deus in vitam sacrâ de virgine prodit,

tu fugis & vitam, Patrio & orbe fugis.

Quid tibi displicuit sinceros inter amicos,

Vt prolem fugias, vt fugiasq; domum?

Credo ego, cum gemmas potuisses mittere, mauiis

Iplum te in strenam te tribuisse Deo.

ALIVD

IOANNIS DYBOWSKI.

Aquila supra tumbam.

Renoué

RENOVABITVR VT AQVILAE IVENTVS MEA.

AStat & affectum circumspicit vndiq; tumbam,
Regia solliciti plena timoris aus
woyna tuam non cernis auem? te quaritat illa,
Clementem Dominum, Magnanimumq; Ducem,
Ac velut affectum sibi scit renouare vigorem,
Sic portare nolum te super astra cupite.
I pete coelestis spatiosa palatia Regni,
Angustus pro te est, paruula tumba locus.

ALIVD. GASPARI SIEPRC.

In tumba Pallas mortem occidens.

CONVERTETVR DOLOR EIVS IN CAPVTEIVS.

SUstulit Illustrem sauo mors vulnere Woynam,
O quantum ausa fuit bellua cruda nefas.
Sed bene tam audacem Pallas compescuit hostem.
dum propria soluit fata aliena nece.
Ultrices nunquam timuit fortasse sagittas,
Sic mortem capiti mors tulit ipsa suo.
Dormisne an vigilas Gabriel Generose? resurge,
Quos mors sustulerat, dat tibi fama dies.

ALIVD FAVSTINI ORANSKI.

In tumba Iaurus.

SITIVIT ANIMA MEA AD DEVM FONTEM VIVVAE.

QVando noui ad primum limen peruenimus anni
Postremum dicis, tam cito, woyna vale.
Non longi fuerant anni tibi, longa nec aetas,
Te tristi subito mors fera falce necat.
Eheu florens patriae succinderis arbor,
Et generis magni, magna columna cadis.

Fortè tibi mundi non longa hic displicet ætas,
Ad longam properas, linquis in orbe breuem.



I N S T E M M A

ILLVSTRIS AC MAGNIFICI
DOMINI D. GABR: WOYNA, &c. &c

TRes Litui sunt hic, nullus tamen intonat æther,
Sunt terni Fluuij, nec tamen vnda fremit.
Lilia iuncta nitent, Nodus celeberrimus adstat,
Nec tamen vllus odor, nec decor vllus adest.
Hem fera crudeli Dominum mors hausit hiatu,
Hausit idem forsan, digmata tanta, malum.

SIMONIS KOTECKI.

HÆREDITARIA VIRTVS,

QVi nunc exargui subblatus funere marcet,
Temporibus Stephani gloria magna fuit.
Aspicias vt vultus seruent in morte vigorem,
Et viuum spirent roboris ora decus.
Æquauit nomen factis: te milite Woyna
destituit nudum Moschica turma ducem.
Et nunc n̄i Parcisi subitus raperere malignis,
Malles pro patriâ vulnera ferre tuâ.

Sed

Sed fatis hoc, fatis est fatis præuenta voluntas,
Robur idem soboli, linque paresq; manus,

STANISLAI RADWANSKI.

FRUCTVS BONORVM OPERVM.

I Tutus Gabriel thalamis succede paratis,
Templaq; Mercej despice structa tui.
Tu terris Numen, te Numen collocat astris.
Impar, sed gratum munus utriq; venit.
Magna Deus Woynæ, dedit illi Woyna minora,
Iste minus poterat, cuncta sed ille potest.

IOANNIS MILCZEWSKI.

A L I V D.

M Vnificum recolens in se Merecia Woynam,
Sæpius hos mœsto fundit ab ore sonos.
Hic mihi præcellis viuens subnixa columnis
Templa dat in Lithauo iure stupenda solo,
Scilicet ista sibi viuis monumenta parauit,
Præueniens fati fila secunda sui.
Inuida sed nostro nimium fortuna favori,
Non tulit ut nostra contumelietur humo.
I iam sydereas Gabriel conscendito sedes,
Non poteram tantum condere parua virum.

MELCHIORIS ŻARZECKI.

FATALIS INVIDIA.

Dum celebris crescit clarissima gloria Woynæ,
Inq; dies maius surgit honore decus.

Inuida

Inuida proclamat subitâ Rhamnusia voce,
En quantus noster viuit in orbe dolor.
Crediderim breuis iste dolor. Nam Numina vere
Semidêum norûnt nostra mouere genus,
Dixit & è plena telum lethale pharetra
Mittit in inuisi pectora fida viri.
Cruda nec humano Clotho faciatâ cruore,
Nescit & â claris abstinuisse viris.

IOANNIS SIPOWICZ.

PIETATIS PIGNVS.

Q Vando recens Pueri purâ de Virgine nati
Luctificum vulnus membra tenella ferunt,
Woyna decus Lithaum. funesto numine Clothus
Heû rapitur; patriæ gloria magna suæ.
Concidit, ah vulnus patitur, dum cœlicus Infans
Crediderim hunc flenti condoluisse DEO.

IOANNIS GRZEGORZOWICZ.

GLORIÆ DEBITVM.

A Dmirêre decus, propiûsq; quid illa tubarum
Terna velit series, aspice nexa simul.
Primus viuentem lituus tulit ille dynastam,
Et cecinit columen Litthaua terra tuum.
En canit hic alter Woynam super astra locatum,
Atq; iubet rigidæ nos meminisse necis.

E

Tertia

Tertia fors huic est sero narrare nepoti,
Et Gabrielæ laude replere solum.
Quàm sua conuenient Gabrieli digmata, virtus
Vna non poterat nobilis esse tuba,

CHRISTOPHORI KOCHAN.

A L I V D.

Buccina sæua ciet rigidi certamina Martis,
Buccina Victorum læta trophæa refert.
Buccina decantat thalami connubia fidi,
Dicitur hoc proprium conueniensq; tubis.
Buccina Woynarum prænobile stemma silebis
Hæc, vita functio sed meliora canes.
Eius prima refer laudes & fortia gesta,
Altera da tristem mota dolore sonum.
Tertia deplores funus lachrymabile, forsan
Sic poteris Dominis stemma placere tuis.

IOANNIS MOGIELNICKI.

I N T V M V L V M.

Hæc est Woyna situs Vicecancellarius vrnâ,
Conditur hoc paruo magna ruina loco.

IOANNIS BVRBICZ:

ALIVD

A L I V D.

Hic lapis ossa tegit magni clarissima Woynae.
O quam par paruis vir perhonore iaces!

LVCÆ ŻVKOSKI.

A L I V D.

Virtus, laus, & honos hoc sunt tumulata sepulchro,
Hic secum has Gabriel Woyna recondit opes.

CHRISTOPHORI MOGIELNICKI.

A L I V D.

Laus patriæ, claro deuotum pectus honori,
Hic iaceo, sua cûi patria cara, fleat.

Eiusdem.

A L I V D.

Marmor quod transis fletu venerare viator,
Woyniadum iacet hoc lausq; decusq; loco.
Hunc cupiunt regni merito merita omnia viuum,
Vota tua his iungas viuet & in tumulo.

FRANCISCI NOVEN:



NAGROBKI HERBOWE.

Slawney pamięci Pánu/ Je° Wóci Pánu
Gabrielowi Woynie/ Podkánclerzemu
W. K. Lich. 22. 22.

I.

IAKVB WIERGIETA.

WStepuiac w rok piatnasty z wieku szesnatego /
W wroczyſty styczniowy dzień lata nowego /
Gdy zorzá wſtąpiła po niebie wyſoko /
Slonecznym płac gotuiac promieniom ſeroko:
W trzy trąby Senátorskie razem wderzono /
K te sławe po Kieſtwie Litewskim puſzczono :
Dziś Woyná Podkánclerzy Kieſtwá Litewſkiego
Podwyżſzon ná Kánclerſtwo dworu Niebieſkiego

II.

MIKOLAY P VHACZ.

LAbędziowi przewdziejny smutek glos wyiſka /
Gdy go Clotho boleſcia śmiałna przyiſka.
Ełowiczkowi z weſelem śliczny Phoſphor wſchodzi/
Z kad zradoſcia głoſceją wyſoko wyrodzi.
Tak ty puſzczales w dziejny dzień śliczny kleynoćie /
Ty o Peze acnych Woynow ozdoby przymioćie.
Kiedy miſtwo Rycerſkie / trzy Podkánclerzego
Trąby głoſno zabrzmiały Dyczyńie milego.
Kiedy sławá poſtronnym Cnoty roigłaſzala/
Kiedy Moſkwá mąznego Legatá widziała.

Wiec tuż Trąby strąpięne boleścią miłkniecie?
Czy nie głosnię 3 Łabędziem przy śmierci krzykniecie?
Zyi hejlesliwy w potomkach Cnota Woyno prąwa/
Z grobu głosnię zabrzmię: Zyi Woyną sławą

III.

STANISŁAW DRVZBICZ.

Trzy ostatnię posłudze wczynionej tobie
Cny Podkanclerzy / Trąby twe widzim w żalobie.
Jedną z nich Senatorstkie kolo umnięskone
Ogląsa: druga serce przewnych rozzerwione.
Trzecia potomkow żalosc / smutne narzekanie /
Khey kogoż nie wyrzysy to z toba rozstanie ?

IV.

MICHAŁ TYSZKA.

Zastroplynny Zustrącie gąsna chwaly twoie /
Bellorofon gdy wzbudza Helikony sroie.
Tu Driades / tu Nymphy brzegi osiadają /
Wiecznotrwała swym milym struzeczkom cześć dają.
Lecz ślicznicysze trzy rzeki w Arktou slyną /
Ktore w domu Cnych Woynow wdziejczniemilo plyną.
Tu Zacność / tu Wymowa tu Mądrość zasiadła /
Z Senatorstkie krzesła przeswietne osiadła.
Wielmożny Podkanclerzy zaż Rzeki w grob zbieraś ?
Zacność / Mądrość / Wymowa pod ziemią zawieraś.
Ná Marmorze przynamnię wdziejczne plynćie rzeki /
Podkanclerzy tu leży / rzekną przyszle wieki.

V.

ADAM SWIDERSKI

Rzy rzeki w rownym polu bieżą z wielkim sumem /
Dotąd chęć ląčno dosiędą y mąlym rozumem.

Pozi

Po!i był Podkanczerzy / náb inſſe przymioty
Ten miał: predkiey używać w potrzebie ſczodroty.
Przetó; gdy hojność iego ſobie wſpominaamy /
Te rzeki lez wylawozzy zá nim ie puſzczamy.

V I.

T H O M A S Z T A L E R K A.

Białokwiatna Lilia Timá woyna wiedſie /
A ná żywot Cnotliwych śmierć z koſa ſwá iedſie.
Ach wyćielá Lilia z domu przezacnego /
A ták predko ſkończyła żywot powojnego.
Oumárle Cne Koſci w tym grobie kładziemy /
A náb grobem lilie białe ryſujemy.
Sliczny kwiecie tu leżyſ Cnych Woynow ozdobo /
Senatorſka w Stołecznym Koſciele oſobo.
Tu nie; wiednieſ w Swietego Káſimierzá grobie /
Wieſz że kwitna Lilia? Tiedy kwitna y grobie.

V II.

G A S P A R K A R W A C K I.

Elie cie doyrzáley Mądroſci zdobily /
Po!is był ſwiátu / ludſiom wdzieczny / Bogu miły.
Senatorſte Wielkiego Kſi. ſwá Literſkiego /
Cny Woyno / Woynow domu ozdobo ſlawnego.
Dziſci oſtatnia ſłuſzbe oddáig iák ſwemu /
Szczynoſć & Dyczynie twoie wſtawiaig káždemu.

V III.

A N D R Z E Y I S A Y K O W S K I.

Greb czwarty zmiáſtkiem zowie álbo pięciográniem /
A nagrobel wſtawia n napis táki ná niem:

Wywrod

Wywroć y przewroć / zawięże na nogách mych stáne /
Kozwiążeśliże mozesz / nagrodac sie stáne.
By iesz tu nie wygra / niebezpieście nie zbie /
Ten rozwiąże kto związał: miłość we mnie żyje.

I X.

I A N G O Ł Ę B I E W S K I.

Pięć katew w pięciograniu widziś wczynionych /
A przez nie nazacniętych pięć Cnot wyrásonych.
Tu godność Senatořsta ślicie obrála /
Tu wiczyřta gospoda Mądrość otrzymała.
Tu trzeźwość nieodmianna / serce sprawiedli we /
Męstwo w rzeczech przeciętych nigdy nie łakliwe.
Wszystkie iednákim sznurem związane miłości /
Rowne pomoc weseła / rowne y żalości.
Weseła: gdy w wyřs słońca już w niebie godnie.
Żalości: gdy go śmią Litewřta żaluje.
Dálwie / óch boleści Dworu ták sławnego /
Cnot świsztych / ná inřy kraj z tąd przeniesionego.



503 gr 15.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

JANUARY 1875

Main body of faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the document.



Faint, illegible text located below the circular seal.







